



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. An omnia beneficia personalem residentiam sive assiduum beneficiarii
prætentiam requirant?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

servant, omnino amittunt Canonis & sui privilegium, ut hæc, si postmodum conditiones à jure, & Tridentino conscriptas observare incipiant, non recupe-

rentur, cum eo tempore, quo conditiones hi tales non observabant, privilegia illa suspensa tantum fuerint, & nulli fuerint usui.

TITVLVS IV.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS IN ECCLBSIA VEL PRÆBENDA.

SECTIO I.

De beneficiis residentiam postulantibus, & causis ab illa excusantibus, ac pœna non residentium.

§. I.

An omnia beneficia personalem residentiam, sive assiduum beneficiarii presentiam requirant?

Residere in loco beneficii, hoc loco aliud non est, quam commorari continuò ferè & assidue in loco beneficii, servitii, seu obsequii Ecclesiastici, personaliter præstandi causâ: Ad hanc personalem residentiam non tantum omnes illi obligantur, qui beneficia obuent, quibus cura animarum annexa est, c. Quia nonnulli 3. h. t. sive deinde in titulum, sive in commendam perpetuam obtineant, neque enim gregi suo satis invigilare censetur, qui personaliter ab illo absens, alii, seu mercenario, id committit, ut ait Tridentinum Sess. 6. c. 1. De refor. & Sess. 23 c. 1. De refor. præter Compend. Perbing.

tim cum sit electa industria personæ in talibus beneficiis, sed Canonici etiam, aut aliter præbendati in suis Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis, c. Cum ad hoc 9. h. t. & Trident Sess 24. c. 12. de refor. (Si enim beneficium datur propter officium, ut certissimum juris axioma est. c. ult. de rescript. in 6. consequenter, qui nullum officii Ecclesiæ præstat, non est dignus beneficio in illa Ecclesia obtinendo) quin imò, spectato jure communi Canonico, probabilior sententia est, quòd omnia beneficia Ecclesiastica, quamvis simplicia sint, & modica ac tenuia, ad residentiam personalem obligent, prout colligitur ex cit. c. 3. h. t. & ex c. Conquerente 6. eodem. Si enim propter stipendium merè temporale, personale servitium sæpè exigatur, cur hoc ipsum non essetatur pro beneficiis spiritualibus, in cultum DEI, & Sanctorum omnium institutis?

§* * §

Hhh

§. II.